

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Epistola II. Ad Moniales Carmelitas Discalceatas Oppidi Veas, vbi eas
hortatur vt in silentio tam interno quàm externo operentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

voluntas super illam ad Deum, qui inaccessibilis est. Fieri enim nequaquam potest, ut voluntas pertingere possit ad frumentum suauitatem, & delectatione diuinæ vocationis, neque suaves & amabiles Dei amplexus valet experiri, nisi in nuditate & vacuitate appetitus ab omni gusto peculia-
ri, tam superiori, quam etiam inferiori. Hoc enim indicare voluit David, quan-
do dixit: *Dilata os tuum, & implebo illud.*
Nota. Scendum est enim appetitum esse os voluntatis, quod tunc dilatatur, cum aliquis suauitatis buccella non impeditur, nec occupatur: cum enim appetitus circa rem aliquam versatur, eo ipso angustatur & restringitur: cum extra Deum nihil sit praeter angustias, ac proinde ut anima re-
cto tramite ad Deum tendat, eique vniatur, debet habere os voluntatis apertum, solummodo ipse Deo, & a quacunque apperitus buccella auulsum, quo sic Deus illud impletat amore & suavitatem sua. Debet infuper hanc famem & sitiū solius Dei habere, nec alia quavis re cam velle explere, quandoquidem Deum, sicuti est hic gustare nequit; immo etiam id quod gustari potest (si apperitus adit) illius gustum præpedit. Id docuit Iffaias cum ait: *Omnis fitientes venite ad aquas &c.* quo loco eos qui solum Deum sitiunt, nec habent argenteum appetitus, ad satietatem diuinorum aquarum vocationis Dei inuitat. Plurimum itaque conuenit expeditus, ut R.V. si magna pace animæ suæ frui, atque ad perfectionem peruenire desiderat, voluntatem suam Deo omnino consecret, quo sic cum illo vniatur, & nullo modo circa terrena, via, & abiecta occupetur. Diuina Maie-
stas tam spiritualem ac sanctum faciat, sicut ipse opto. Segobrida 14. Aprilis.

Fr. Ioannes à Cruce

EPISTOLA II.
Ad Moniales Carmelitas Discalcatas Oppidi
Veas, vbi eas hortatur ut in silentio tam in-
terno quam externo operentur.

Esus MARIÆ sit in animabus vestris. Charissimæ in Christo filia: maxima misericordia consolationis occasio fuit epistola Charitatum VV. Dominus ipse vobis retrahuit, quod literas ad vos non miserim, non fuit voluntatis defectus, vere enim maius vestrum bonum desidero; sed quod sat multa dicta & scripta esse indicarem ad operandum, quod est maxime necessarium. id enim quod desideratur, si tamen aliquid desideratur, non est loqui vel scribere (hoc enim frequenter abundat) sed tacere & operari; præterquam quod loqui distrahit, tacere vero & operari recolligit, & vires tribuit spiritui. Itaq; postquam aliquis scit ea quæ ad spiritualem suum profectum sibi dicta sunt, non indiget ultra audire & loqui, sed in silentio, & sollicitudine serio illud operari, cum humilitate, charitate, & sui ipsius contemptu, absque eo quod alias res nouas statim inquirat, id enim solum deseruit ad satisfaciendum appetitu in exterioribus (imo nec sic illi satisfit) spiritum vero debile, vacuum & virtute interna destitutum internâ relinquendum. Et inde prouenit quod nec vnum, nec alterum profit. Sicut nec prodest cibus, nondum perfecta prioris cibi digestione: ex eo namque quod calor naturalis diuiditur, & circa utrumque versatur, sufficiem virtutem non habet ut illos in alii substantiam convertat: ac proinde infirmitates, & morbi generantur. Multum interest, Charissima filiae, ut spiritum cautè subducamus Dæmonis, ac sensualitatis astibus: secus enim plurimum nos defecisse inaduententer compierimus, & à Christi

M m m virtu-

Granata vigesimasecunda Novembri
1587.

Fr. Ioannis à Crux,

Præcipua nostra necessitas est , tio-
re coram hoc magno Deo, tam appen-
quā lingua; cuius loquela, quamquam
ipse libenter audit , est filiens loquela;
moris.

EPISTOLA III.

Ad Matrem Mariam à Iesu Fundatricem
Priorissam, ceterasq; Religiosas Consuetu-
Carmelitarum Discalceatarum.
Cordubæ.

Agit de bono Exemplō ac spiritu, quoniam
dum est in fundatione monasteriorum.

virtutibus longe alienos esse ; nouissime-
que comparebimus gestantes opera no-
stra facta inuerso modo; & rati lampem
nos accensam gerere , apparebit ex-
tincta, fatus enim, quibus eam accen-
dere putabamus, forsitan aptiores erant
ad eam extinguendam. Ne igitur no-
bischoc accidat, &, vti dixi, ad hoc vt spi-
ritum custodiamus, dico nullum medium
aptius supereste, quām Pati, facere, & ta-
ccere , sensuque occludere cum exercitio
& propensione ad solitudinem , & ob-
livionem rerum omnium atque eu-
natum , licet pereat totus mundus : nec
vnquam sive bonus,sive malus euentus
sit, cordis tranquillitas ex amoris vi-
sceribus profecta negligenda est, ut pote dis-
positio ad patiendum in omnibus rebus
occurentibus. Tanti quippe momenti
res est perfectio , & spiritus delectatio
tam est pretiosa & opulenta, vt ad illam
assequendam faxit Deus ista sufficiant:
Impossibile est enim, vt quis gradatim
proficiat, nisi Faciat, & simul Pati, et cum
virtute , inuoluendo omnia in silentio.
Hoc filię Domino volente intellexi, nem-
pe quod anima, quae cito ad loquendum,
& conuersandum attendit, valde modi-
cam attentionem habet ad Deum: dum
enim illam habet, confitit abintustra-
hitur ad tacendum, omnemque conuer-
sationem fugiendam, acceptabilius
enim est Deo , si anima se in ipso oble-
tet, quam si in alia re creata, quantum-
uis excellentissima, eique vidissima sit.
Commendo me precibus C.C.VV. vo-
bisque pro certo periuadeatis, opto,
quod licet caritas mea exigua valde sit,
ita nihilominus erga vos collecta est, vt
nullo pacto obliuiscatur vestri, quibus
non mediocriter in Domino deuinctus
sum. ipse sit semper nobiscum, amen.

Es v s sit in animabus vestris, Obligatio
vobis incumbit correspondendi Do-
mino , iuxta acclamationem & applau-
sum, quo inibi receptæ esis. Reuerentur
ex relatione consolatus sum, necno ego
quod ædes adeo inopes, vigentibus
caloribus ingressa finis, singulari Dei pro-
videntia id factum est, vt populum ha-
discerit, & suadeatis, quod profitemini
videlicet Christum nudum, vt que de-
cepis ad ingressum religionis à Domine
motuebuntur, quo spiritu eas venire ope-
teat, intelligent. Mitto R.V. omnes
cultates, & licentias requisitas. Videant,
videant , vt spiritu paupertatis, & re-
rum omnium contemptus confundantur
contendant. Sin minus, lecitote in mille
vos necessitates, tum spirituales, tum ei-
iam temporales deuenturas , à Deo
lius possessione nolueritis esse contenti.
Scire etiam vos volo, quod non habebi-